carne ſuadente. Uehementior tam̄ ē animi quā corporiſ fe
briſ. ⁊ ideo ꝓ animi uoluntate corporiſ ſaluſ plerūq; con
tēnitur. nec a periculiſ abſtinet̄. Unde n̄ alienū uidetur
repetere. quēadmodū theotimuſ cū graui oculorū in eō
modo laboraret. ⁊ amaret uxorē. int̄dicta ſibi a medi
co facultate coeundi. cupiditatiſ impatienſ. atq; impe
tu libidiniſ raptuſ. ſe moderari nequerit. Sciens enī pru
denſq; qđ eēt oculoſ amiſſuruſ. p̄uſ quā ꝯueniret uxori. in
ipſo eſtu feruentiſ cupiditatiſ ⁊ ꝯſuetudiniſ apparatu. ua
de inquit amicū lum̄. Sic febre libido flagrantior ē. gra
uiuſq; p̄cipitat ⁊ inflāmat. Sꝫ ubi quiſ reſipuerit a furore.
tunc ꝯſcientię interioriſ uiſuſ aperit̄. factiq; ſuccedit pę
nitentia. ⁊ pudenda ſui unuſquiſq; facinoriſ erubeſcit.
Tunc dſ timet̄. ⁊ peccator cupit ſe celare. ſꝫ n̄ poteſt. Tunc
caro arguit̄. diabolus accuſat̄. hęc quaſi leno uitiorū. ille
quaſi auctor erroriſ. Pateſcit deformitaſ. nudū ē enī dō
omē ſecretū. nec illiuſ ficuſ foliiſ hoc ē tegmine corꝑali
uł iactantia ſclari flagitiorū ſecreta uelant̄. ⁊ unuſquiſq;
diuinū peccati ꝯſcia formidat mente iudiciū dicenſ. Qui
ſup me monteſ cadant. in quibuſ me abſcondā fiſſuriſ petra
rū. cū uenerit confringere terrā. Tunc tribuloſ ⁊ ſpinaſ animo
caro. hoc ē curarū morſuſ ſollicitudinūq; generat. eſtuſq;
quoſ ſibi p̄ concupiſcentiā carniſ animuſ ipſe circūdedit. Et enī
quaſi clauiſ quibuſdā ſuffigit̄ anima corporiſ uoluptatib;. ⁊ cū
ſemel adheſerit cupiditatibuſ demerſa t̄renis. difficile
in altū poteſt unde deſcendit ſine dī fauore reuolare. Actu
ū enī ſuorū uincta laqueiſ. ⁊ deliciarū ſclariū illecebriſ ob
noxia iā tenet̄. Hunc ergo adam. hanc euā dnſ liberaturuſ ad
uenit. quorū alt̄ ad imaginē dī factuſ. altera uirtutē ſui
accipienſ uiri. quādiu fuit ſubdita fortiori. unā gene

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. p.%20117 – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/en/sbe/0166/p.%20117)